



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Diuinatio superstioso est: & Christianæ religioni aduersa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

*Diuinatio superstitionis est: & Christianæ religioni aduersa.*

**A**Ruspiciū, Augurium, Auspiciū, tria hæc, pro diuinationibus iuperstitions sumpta Christianæ religioni aduersantur, vt pote ad sacrilegas artes diuinatorias, quibus idololatriæ vrebatur, spectantia: & propterea constat esse non solum contra charitatem, sed quodammodo contra fidem. Differentia tamen iater hæc est, quod Aruspiciū iniquitatem suam sonat, pro quanto à sacrificio seu ara non recedit. Augurium autem & Auspiciū si sine damnatis artibus fiant, capiendo cōiecturam futuri euentus ab auditō g̃irritu, aut inspecto motu avium &c. quandoq; tolerari possunt, vel ut nō mala, si debitæ adsint circumstantiæ: puta quod ex his non sumatur nisi suspicio seu coniectura, & de his tātū ad quæ cœlestia corpora possunt se extendere: & quod sicut in cæteris suspicionibus prudenter se habet homo. ita & in istis, Vel ut venialia: si aliqua circumstantia desit: puta quia nimis credit aut timeret propter huiusmodi signa. Qui autem his signis adeo dectus est, ut pro lege operum suorum habeat huiusmodi signa, sine causa Christianus est.

*Bellum quando dicatur iustum vel in-  
iustum licitum vel illicitum.*

**B**Ellum iniustum, ex propria ratione constat esse peccatum mortale. Circa quod primò videndæ sunt conditiones ex quibus bellum est iniustum. Et quia ad iustum bellum tria exiguntur (scilicet primò iusta causa bellandi: secundò autoritas indicendi bellum: tertio recta intentio) ideo bellum tripliciter contingit inueniri iniustum: vel ex defectu iustitiae in causa, vel ex defectu autoritatis in capite, vel ex defectu restitutionis.